
originis coniunctio presumptiua copulauerit. quia nota
bile est. Attamen si supplicauerint. ueniȩ relaxatur.
Item de eodem secundum aliam interpretacionem. His uero qui
in tertio et quarto gradu originis se coniunxerint. notabile
est. Tamen si supplicauerint. ueniam relaxabit. Subau
ditur pragmaticum a theodosio constitutum.
Item quicumque hominum cum fratris filia uel sororis in
certam coniunctionem se habere crediderit. capitali peri
culo se nouerit condemnandum. Item fratris uxorem
ducendi. tum uiro duas sorores habendi. licentia dene
gatur. Nam ex tali coniugio procreati. filii legitimi non
habentur sed spurios conuenit esse. Notandum quod lex
ista sanciat nuptias non esse legitimas. quȩ non iure
legitimo copulantur. Quas usque ad amitinos et conso
brinos fratres. hoc est usque in gradum quartum condemnat. Et
si facte fuerint. dissociare mandat. Cum tamen superius
lex data. uenia dandos esse concedat. si postulatio inter
cesserit hoc est in tertio et quarto gradu.
Nunc uidendum auctores ecclesiastici quid ex au
hoc constituant. In libro leuitico domino per moysen sta
tuente sic precipitur. Omnis homo ad proximam sanguinis
sui non accedat ut reuelet turpitudinem eius. Deinde

4. Bad Homburg vor der Höhe, Stadtarchiv, S 08 Handschriften-Fragmente, Fragm. 16r.